cas suas administrarent. hac coniuratione freti pergebant ad Asanem, cuius auctoritas in Peloponneso erat maxima, ut qui Corinthum necnon modicam Peloponnesi partem regebat. hic eos nequaquam admittebat, neque quicquam iis concedebat. exinde cum Albani et Peloponnesiaci tributum, quod imperatum erat, pernumerare abnuerent, nec Asanes id ad regem perferre potuit. tributum autem annuum pendebant duodecim milia aureorum staterum.

Quapropter in hunc modum mutuis discordiis attriti Graeci paulatim peribant. nam propalam iactabant Albani et Peloponnesii se tributum non exoluturos, nisi inter ipsos regio universa aequaliter divisa fuisset. oportebat sane haec, cum parum propitia fieret fortuna, ipsis exitium adferre, et planissime ad nihilum redigere.

Rex quidem Mechmetes secundam capto Byzantio expeditionem contra Triballos et Novopyrgum urbem sumpsit. haec intra regis regionem sita est prope flumen Morabam, qui fluens a Pristino regis regione, et huc veniens in Istrum exhauritur. exercitus regius universus grassabatur per Triballorum regionem universam: equitatus quoque in hanc emissus praedas rerum omnium confertim agebat. ipse autem circumsederat parte copiarum urbem, et supino bombardarum iacta gravissime, quae intra eam erant, adfligebat. bombar-

φράσι μὲν ἄνω ἐς τὸν αἶρα τὸν λίθον, καταβαίνων δὲ βάλλει ἐς
 ὃ τι ἂν λήθῃνοι αὐτὸν ὁ τηλεβολιστής, σημείον κομιζόμενος, καὶ
 δαιμονίως τυγχάνει τοῦ σκοποῦ ἐς τὸν μετεωρισμὸν τοῦ λί-
 θου. οὕτω μὲν οὖν τὴν πόλιν τύπτων ἐπὶ ἡμέρας ἱκανὰς
 5 ἠνάγκασε τοὺς ἐνοικοῦντας προσχωρῆσαι αὐτῷ. ἐπεὶ τε δὴ
 προσεχώρησαν, τὰ ἐπιπλα καὶ τὰ πλείστου ἄξια ἀφελόμενος,
 καὶ μοῖραν τινα ἀπαγαγὼν ἐς ἀνδραποδισμόν, τοὺς ἄλλους B
 ᾤκησεν αὐτοῦ καταλιπὼν διὰ τὴν μετάλλου ἐργασίαν, ἣν μά-
 λιστα δὴ τῶν ταύτῃ χωρίων ἐπιστάμενοι ἐτύγγαζον. πρόσο-
 10 δος δὲ αὕτη οὐκ ἐλαχίστη τοῦ βασιλέως, ἀπὸ τῶν ἐνταῦθα V. 172
 αὐτοῦ μετάλλων τῆς πόλεως ταύτης. ὁ δὲ Τριβαλλῶν ἡγε-
 μῶν ὡς ἤσθετο ἐπ' αὐτὸν ἐπιόντα βασιλέα Μεχμέτην, ᾤχετο
 μὲν διαβὰς ἐπὶ Παιονίας καὶ ἐπὶ Χωνιάτην, δεδιὼς μὴ ἐς
 τὴν Σπενδερόβην ἀφικόμενον πολιορκεῖτο καταστάς, καὶ εἶδετο
 15 μὲν αὐτοῦ ἐπαμύνειν προσήκοντί τε καὶ ξυγγενεῖ ὄντι. καὶ
 ἐδόκει μὲν κἀκείνῳ τιμωρεῖν, ἐπὶ δὲ Σπενδερόβην ἐπρασσε C
 πρὸς βασιλέα γενέσθαι οἱ εἰρήνην. οὗτος μὲν ἐπεβίω οὐ
 πολλῷ ὕστερον, καὶ ἀπέθανεν, ἐχώρει δὲ ἡ ἀρχὴ πρὸς Ἑλεά-
 ζαρον τὸν νεώτερον αὐτοῦ παῖδα. οἱ δὲ τυφλοὶ αὐτίκα ἐπὶ
 20 τῇ τελευταίῃ τοῦ ἡγεμόνος χρήματα ὑφελόμενοι ὅσα ἐνεχώρει,

7. ἐπαγαγὼν P
 λιορκοί?

8. ᾤκησεν P

13. Παίονας?

14. πο-

das autem erectas, supino iactu lapides in altum torquentes, primus
 rex ille invenit. nam bombardae illae erectae, sive mortaria, in
 aërem globum sublimem iaculantur. qui deinde delapsus id peni-
 tus ad quod a bombardario fuerit directus, sternit et comminuit.
 tanta autem globi certitudo est, ut nullo modo aberrat a scopo quem
 bombardarius animo destinarit, quamvis globus in altum eiectus fue-
 rit. diebus igitur plurimis Mechmetes oppidanus in hunc modum
 laedens, tandem eos deditionem facere coegit. ubi semet ipsos sua-
 que fidei regis tradidere, ipse suppellectilem et pretiosissima quae-
 que accipiens, et partem quandam hominum in mancipiorum condi-
 tionem transferens, reliquos ibi habitare passus est, maxime pro-
 pter metalli opus, cuius in primis istius regionis incolae periti cen-
 sentur. nec contemnendus regi reditus est ex metallis quae sunt
 iuxta istam urbem. Triballorum princeps Georgius, cognito contra
 se Mechmetem hostili animo pergere, abiit transiens in Pannoniam
 ad Choniatem, veritus si Senderoviam venisset, ne obsideretur a rege.
 rogabat itaque Choniatem ne se amicum et propinquum desereret,
 verum acerrime a vi Turcorum assereret. ubi amicum Georgius tan-
 tum effecit apud regem ut pax fieret, non multo post expiravit. suc-
 cessio principatus devolvebatur ad Eleazarum filium iuniorem. at
 caeci Stephanus et Georgius continuo surripientes pecunias quotquot

αίφικοντο παρὰ βασιλέα, καὶ χώραν παρεχομένον τοῦ βασιλέως ἱκανὴν τὴν δίαίταν ἐποιούντο. βασιλεὺς μὲν οὖν τούτῳ ἀπάγοντι φόρον ἱκανόν, ἐς δισμυρίους χρυσίου στατήρας, 1456 σπονδὰς τε ἐποίησατο, καὶ ἐς τὸ ἐπιὸν ἔτος ἐστρατεύετο ἐπὶ Μπελογράδην τὴν πόλιν Παιόνων. αὕτη δὲ ἡ πόλις ὀικεῖτο, 5
 Ὡς πρότερόν μοι δεδηλωται ἐπὶ Ἀμουράτεω, παρὰ τὸν Ἰστρὸν ἀφ' ἐνὸς πλαγίου, ἀπὸ δὲ ἐτέρου ἐπιρρέοντος Σάβα τοῦ ποταμοῦ καὶ ἐκδιδόντος ἐς τὸν Ἰστρὸν ἀμφίρροντος γίνεται ἡ πόλις ἀμφοῖν τοῖν ποταμοῖν παραρρέοντων.

Ἐπὶ ταύτην δὲ τὴν Μπελογράδην ἐστρατεύετο Μεχμέτης 10
 ὁ Ἀμουράτεω, καὶ πρότερον ἐπὶ Ἰλλυριοῦς στρατεύματα ἐπέμψας ἡγουμένον Θερίτζεω καὶ Ἀλίεω τοῦ Μιχαίεω. πρὸς δὲ καὶ ἐν τῇ Ἀσίᾳ συνήπτο αὐτῷ πόλεμος πρὸς βασιλέα Κολχίδος τῆς Τραπεζοῦντος. καὶ τριήρεις ἐπέμψας ἐδήου τε τὴν Κολχίδα, καὶ ἤπειρον, κατὰ Θύλατταν, ἡγουμένου τοῦ 15
 P. 221 Χητύρεω τοῦ τῆς Ἀμασίας ὑπάρχου. ὡς μὲν οὖν κήρυκα ἔπεμψε περιηγέλλοντα παρῆναι αὐτῷ τὰ στρατεύματα ἐς Ἀδριανούπολιν, ἐξελαύνει αὐτὸς ἔχων τὰς τε Θύρας καὶ τοὺς νεήλυδας, καὶ χαλκὸν μὲν παρὰ τοὺς τηλεβόλους ἐμπλεον φερόμενος διὰ τε νηῶν αὐτῷ καὶ καμήλων ἤλαυνε διὰ τῆς Τρι- 20
 βαλλῶν χώρας. καὶ ἐξένιζε μὲν ὁ τῆς Σπενδερόβης ἡγεμῶν τὸν τε βασιλέα καὶ τοὺς ἡγεμόνας, δῶρα πέμπων ὡς μέγι-

15. κατ' ἤπειρον?

poterant, venere ad regem; qui cum his regionem assignaret, factum est ut victum nanciscerentur sufficientem. pax autem cum eo conve-
 nerat ut quotannis tributum maximum ferret, videlicet viginti milia staterum auri. eo anno qui sequebatur, expeditionem contra Belgradum urbem Pannoniae suscepit. urbs haec, quemadmodum docuimus cum scriberemus de Amurate, ab uno latere iuxta Istrum sita est, ab latere altero alluitur Savo, qui se in Istrum effundit; ab utroque circumfluitur ea urbs, si quidem ambo praeter eam labuntur.

Contra hanc exercitum duxit Mechemetes Amuratis filius: prius tamen cum parte copiarum contra Illyrios ire iussit Therizem et Haliem Michaelis filium. praeterea eodem tempore bellum ei erat cum Colchidis rege, qui praecerat Trapezunti. mittens igitur triremes, quarum dux erat Chetyres Amasiae praefectus, Colchidem et maritimam Colchidis regionem evastabat. ubi igitur voce praeconis, quem per unum versum regnum miserat, exercitus suos Adrianopolim excivit, in militiam profectus est ipse, ducens ianuae milites et peregrinos; et navibus subvehebat camelisque portabat aeris plurimum ad bombardas fundendas, iterque fecit per Triballorum regionem. Triballorum dux hospitaliter et benigne regem et duces tractavit, mittendo iis munera

στα, παρεσκευάζετο μέντοι και αυτός, ἦν Μπελογράδῃ ἀλώ-
 σοιτο, αὐτίκα και αὐτὸς πολιορκησόμενος. ἐπελάσας δὲ ἐπο-
 λιόρκει τὴν πόλιν. ἔκειτο διὰ μέσον τοῖν ποταμῶν ἰσθμός, B
 ἑπτὰ στάδια μάλιστα τὸ εὖρος· ἐνθα δὲ καθιστάς και στρα-
 5 τοπεδευσάμενος ἐπολιόρκει τὸ ἄστυ, και ἔπαιε μὲν τηλεβόλοις
 τὸ τεῖχος, και οἱ ναήλυδες τοῖς στεγιάσμασιν ἀγχοῦ γενόμενοι
 τοῦ τεῖχους ἐτόξευόν τε τοὺς Παιόνας. στρατόπεδον δὲ και
 τοῦτο μέγα βασιλέως ἐγένετο. ἐννοούμενος δὲ ὁ βασιλεὺς ὡς
 ἦν ἐπικρατήση τοῦ ποταμοῦ και μὴ δυνατοὶ ὄσιν ἔτι τοῦ
 10 λοιποῦ διαβαίνειν οἱ Παιόνας ἐς τὴν πόλιν ἀπὸ τῆς ἀντιπέ-
 ραν τοῦ ποταμοῦ ἐπαμύνειν, ῥᾶον αὐτῷ προσχωρῆσαι τὴν
 πόλιν [ἀλώσσοθαί οἱ τὴν πόλιν], ἐπλήρου ναυτικόν πολὺν, D
 κατὰ τὴν παρίστριον χώραν αὐτοῦ ἐξηρτύετο, και παρεσκευά-
 ζετο ἀμφὶ τὰ διακόσια πλοῖα, ταῦτα πληρώσας τὸν τε ποτα-
 15 μὸν κατασχέσων, διακωλύειν τὴν Παιόνων δύναμιν διαβαί-
 νειν ἐς τὴν πόλιν, και τοὺς γε ἐν τῇ πόλει ἀπολαβὼν ἐντὸς v. 173
 ταύτῃ ἐμπολιορκήσειν. τὰ μὲν οὖν πλοῖα ἀνήγετο ἐς τὸν πο-
 ταμὸν ἀπὸ Βιδίνης τῆς πόλεως, και ἡμέρας τινὰς ἐκράτει
 τοῦτο κατὰ ταῦτα τὰ χωρία τοῦ ποταμοῦ. ὁ δὲ Παιόνων
 20 βασιλεὺς (ἐστρατοπεδεύετο γὰρ και αὐτὸς ἐς τὴν καταντικρὺ
 χώραν τοῦ Μπελογράδῃ στρατεύματι πολλῶ) πληρώσας και D

1. post ἦν cum H omisi ἐν.

maxima. nam ducem Triballorum haud fallebat, se continuo armis
 Mechemtis debellandum, ubi primum in Turcorum dicionem Belgra-
 dum concessisset. rex igitur hostilia spirans exercitibus eam urbem
 circumsedidit. est autem in medio utrorumque fluminum isthmus, la-
 titudine maxime septem stadiorum. eum locum castris permuniendis
 delegit, idemque urbem oppugnabat, haud cessans murum bombardarum
 globis quassare. praeterea peregrini pluteis praeparatis muni-
 titi, cum proxime ad murum subiissent, sagittis Pannonese petere haud
 intermittebant. castra regis maxima erant. rex autem cogitabat, si
 flumen solus obtineret et Pannonese prohiberet, ne ex altera fluminis
 ripa ipsis aditus in urbem pateret, se facilius resistere hostibus et
 tandem urbe potiri posse: proinde copiis navalibus, quae erant per
 regionem Istro affusam dispersae, naves quae praesto erant implevit.
 naves autem numero erant ducentae. his fretus enitebatur obtinere
 flumen et inhibere Pannonese, ne possent in urbem transgredi. praeterea
 cum in hunc modum a reliquis interceptisset et quasi inclusisset
 oppidanos, ad urbis oppugnationem, quam facilem sic fore puta-
 bat, totis viribus accingebatur. naves in flumen deducebantur ab urbe
 Bidina, et aliquot diebus flumen, quod eam regionem praeterlabitur,
 fortiter obtinebant. at Pannonum rex, qui cum magnis copiis castra
 posuerat in regione quae ex opposito erat, milite complet naves opti-

αὐτὸς πλοῖα τὰ κράτιστα, ὅσα ἐπὶ ἐν τῇ Πούδῃ, κατέβη διὰ τοῦ ποταμοῦ ὡς ναυμαχίαν ποιησόμενος μετὰ τῶν τοῦ βασιλέως πλοίων. ἀγγεῖ μὲν καὶ τὰ βασιλέως πλοῖα ἐπὶ πολὺ τοῦ ποταμοῦ κατὰ τὴν τῶν Παιόνων χώραν, καὶ δευῶντες ἔκαιον καὶ ἐληίζοντο. μετ' οὐ πολὺ δὲ καὶ ὁ τῶν Παιόνων στόλος κατήει, καὶ ἐμβαλόντα τοῖς πλοίοις τοῦ βασιλέως κατέδυσσε μὲν ἔστιν ἅ, εἶλε δὲ καὶ ἄμφι τὰς εἰκοσιναῦς. καὶ οἱ Παῖνες διαχρησάμενοι τοὺς ἄνδρας, καὶ ἐς τὰς ναῦς κενύς οὔσας τὰ σώματα καταθέμενοι τῶν φαρμακῶν, φορητῶν αὐτὰ ταξάμενοι, ἐνήκαν φέρεσθαι ὑπὸ τοῦ ῥοῦ ἐς τὸ βασιλέως στρατόπεδον. καὶ οὗτοι μὲν οὕτω ἀπώ-
 P. 222 λοντο, αἱ δὲ λοιπαὶ ἔφρευγον σπουδῇ ἐπὶ τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον, καὶ ἐπωκειλαντες τὰ πλοῖα ἐς τὸ στρατόπεδον ἀπέβησαν. ταῦτα μέντρι αὐτίκα ὁ βασιλεὺς ἐνέπρησεν, ὡς ἂν μὴ ἐπιπλέοντες αὐτὰ οἱ Παῖνες ἔλωσι. τοῦ μὲν οὖν πο-
 15 ταμοῦ τὸ ἀπὸ τοῦδε ἐπεκράτουσιν οἱ Παῖνες, καὶ ἐκομίζοντο ἐκ τῆς καταντιπέρας ἡπείρου ἐς τὴν πόλιν, ἐς φυλακὴν τοῦ ἄστεος, ἄλλοι τε καὶ δὴ καὶ Χωνιάτης σὺν τοῖς περὶ αὐτὸν καὶ Καπιστράνος ὁ Ναζηραῖος, σοφός τε καὶ ἐς τὴν θρησκίαν ἀνὴρ παρὰ τοῖς πρὸς ἐσπέραν ἔθνεσι μέγυ
 20 Βευδοκιμῶν. δι' ἃ δὴ ἐπὶ τοὺς ἐν Βράγγῃ τῇ μεγάλῃ τῶν Βοέ-

9. γαρμάκων P

mas quas Budae habebat. et secundo flumine pergit contra Turcum, ut qui cum eo navale praelium esset commissurus. regiae naves contra flumen enisae ascenderant ad maximam Pannoniae partem, vastando urendo et praedando quaecunque casus obtulisset. verum haud multo post obviam procedit Pannonum classis hosti; et impetu invadentes regias naves quasdam demersere, et cepere naves circiter viginti. Pannonos interfectis viris qui in navibus fuerant, aediculas in naves viris vacuas ponunt, et classem universam in ordines explicantentes secundo flumine ad hostilia castra contendebant. Turci quidem in hunc modum necati interierant. caeterum naves reliquae quae non venerant in Pannonum manus, celeri fuga ad regia castra properant; et naves in portum ubi regia castra erant impingentes, et navibus egredientes, intra castra se recepere. has quidem naves illico rex incendi curavit, ne in Pannonum potestatem redigerentur. Pannonos ex eo tempore flumine potiebantur, et ex continente, quae e regione erat, ferebantur in urbem, ut eam defenderent ab hostibus. in hanc ingrediebatur stipatus suis Choniatas; praeterea Capistranus Nazaraeus sive monachus, cuius auctoritas in religionis negotio maxima habetur apud Occidentales. nam quia insignis pietate vir erat, missus est auctoritate pontificis ad Boemos Pragam urbem magnam inhabitantes, qui colebant Apollinem, ut eos abnegata ista impietate in

μων πόλει, ἐς τὴν τοῦ Ἀπόλλωνος τετραμμένουσ θρησκείαν, ἐπεόμφει αὐτὸν ὁ ἀρχιερεὺς δεινὸν τε ὄντα λέγειν ἐπὶ τὴν τοῦ Ἰησοῦ θρησκείαν. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτοῦ ἐς τὴν τοῦ Ἰησοῦ μετέστησε δόξαν, πολλοὺς δὲ καλῶν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους πολεμίους ὄντας τῶν Ἰησοῦ, Γερμανῶν τε καὶ Παιόνων καὶ Βοέμων, ἐπειδὴ ἴοι ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον, ψιλούς δὲ ὄντας τοὺς πλείστους, ἔγε μεθ' ἑαυτοῦ. οὗτοι μὲν οὖν, ὡς ἠγγέλλετο τὸ τεῖχος τοῦ ἄστεως ἐρριφθῆαι ἤδη πρὸς τῶν τηλεβόλων καὶ κινδυνεύειν τὴν πόλιν ἀλῶναι, οὗτοι μὲν οὖν, ὡς 10 ἐπεκράτουν τοῦ πόρου, καθ' ἡσυχίαν πολλὴν ἐκομίζοντο ἐς τὴν πόλιν, οὐ πᾶν καταφρονεῖν γιγνόμενοι τῷ βασιλέως στρα- C τῷ. βασιλεὺς δέ, ὡς ἱκανῶς τὰ τεῖχη τοῦ ἄστεως καταβέβλητο καὶ ἤδη βύσιμα ἦν, παρεσκευάζετο ὡς προσβολὴν ποιησόμενος ἐπὶ ἀνδραποδισμῷ. καὶ τὰ τε πυρὰ τὰ νομιζόμενα 15 ποιησάμενοι τῇ ὑστεραίᾳ παρεσκευάζοντο, τὰς τε μηχανὰς προσφέροντες καὶ στεγνάματα, ὡς ἐξελοῦντες τὴν πόλιν. ἐπαῦθα ὁ τῆς Εὐρώπης στρατηγὸς Καραζίης, ἀνηρ- γενόμενος ἄριστος τῶν ἐν ταῖς βασιλέως θύραις, τελευτῶν ἀπὸ τῆς πόλεως τηλεβόλων. καὶ ὁ βασιλεὺς ξυμπορὰν ἐποι- 20 εἶτο τὴν Καραζίῳ τελευτῆν, καὶ ἐπένθει μεγάλως. ἐπεὶ d. 21 Iul. δὲ ἐδόκει προσβάλλειν, ἔωθεν σημήνας τὴν προσβολὴν ταῖς D τε σάπιγξι καὶ κυμβάλοις καὶ αὐλοῖς, καὶ ἀγόμενος τοὺς νεήλυδας προσέβαλλε τῷ τείχει. καὶ αὐτίκα μὲν ὑπερέ- 6. Ioi] oi P 7. δέοντας P 18. τελευτῆ ὑπὸ τῶν ἀπὸ?

religionem Iesu transferret. hanc enim mira persuasione docere noverat, ut qui esset dicendi peritissimus. quapropter plurimos Boemos docendo compulit Christi religionem assumere. praeterea plurimos Pannonos et Boemos ad inferenda arma barbaris Christi hostibus permovit. et in hunc modum plurimos secum in hanc expeditionem quasi velites, ut eorum opera in velitaribus praeliis usui esset, duxit. nam hi, ubi compertum erat urbis murum bombardis esse stratum, et in periculo esse ut ab hoste impio caperetur, cum obtinuissent fluminis traiectum, per otium colligebantur in urbem; quorum vires neutiquam contemnendae erant hostili exercitui. rex Turcorum, cum iam murus dissipatus bombardis aditum praestaret, parabat se quasi incursionem facturus ad mancipiorum praedam agendam; et ignes, quemadmodum mos gentis est, facientes preparabant se ut in diem posterum urbem adorirentur. machinas et vineas, quibus tuti ad murum succederent, expediebant. Europae dux Carazies, qui gloria et virtute excellebat omnes qui in Ianuis regis stipendia faciebant, ab oppidanis bombardae globo ictus occubuit. rex quidem mortem huius viri maximam calamitatem suis rebus invecturam augurabatur, et multum eum lugebat. cum autem visum esset mane urbem aggredi, tubes cymbala

βησαν οἱ νεήλυδες, καὶ ἀποβάντες τοῦ τείχους εἰσεχέοντο
 ἐς τὴν πόλιν, καὶ εἰσπεσόντες ἐνόμιζον ἤδη κατειληφέναι τὴν
 πόλιν. οἱ δὲ ἐν τῇ πόλει καὶ οἱ περὶ Χωνιάτην ὡς παρα-
 W. 174 σκευσάμενοι ἐπέμενον ὥστε εἰσελθεῖν τοὺς νεήλυδας. οἱ μὲν
 γὰρ ἐν τῇ ἀκροπόλει ἐστῶτες ξύνθημα ἔσχον, ἐπειδὴν ἡ σάλ- 5
 πιγῆ σημήνοι, ἰέναι ὁμῶς ἐπὶ τοὺς νεήλυδας· οἱ δὲ περὶ
 P. 223 τὰς ἐπάλξεις καὶ τοῦ τείχους ὑποχωρήσαντες, ἐπηγγέλλετο γὰρ
 σφίσιν οὕτω ὑπὸ τοῦ Χωνιάτου, ὥστε ἐν ἀδείᾳ τοὺς νεήλυ-
 δας εἰσεῖναι ἐπὶ τὴν πόλιν, καὶ ὁπόταν σημήνοι ὁ σαλπικτῆς
 τῇ σάλπιγγι, καὶ αὐτοὺς ἰόντας δρόμῳ καταλαμβάνειν τὴν 10
 ἑαυτοῦ χώραν ἕκαστος, καὶ ἀπειλημμένοις χρῆσθαι τοῖς νεή-
 λυσιν ὅ τι ἂν βούλωνται. οἱ μέντοι νεήλυδες ἔωθεν ὡς προσ-
 ἔβαλον, αὐτίκα ἐπαισπεσόντες, οὐδενὸς σφίσιν ἐμποδῶν ὄντος
 (ὑπέξεκχωρήκεσαν ἤδη οἱ Παιῖνες, ὡς τὸ σύνθημα) καὶ νο-
 μίσαντες πεφουγῆναι εἰσεχέοντο, ὡς ἐδηλοῦτό μοι, ἐς τὴν πό- 15
 λιν, καὶ τραπόμενοι ἄλλος ἄλλῃ διήρπαζον τὴν πόλιν. ἐπεὶ
 B δὲ τὸ σύνθημα ἐδίδοτο καὶ ἡ σάλπιγξ ἐσήμαινεν, οἱ μὲν περὶ
 τὰ τείχη πρότερον ὄντες αὐθις ἔθρον ἐς τὰς ἐπάλξεις καὶ
 ἀπελάμβανον εἴσω τοὺς νεήλυδας, οἱ δὲ περὶ Χωνιάτην ἔεντο
 ὁμῶς ἐπὶ τοὺς νεήλυδας. οὗτοι μὲν οὖν ὡς κατεῖδον τοὺς 20
 ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως Παιῖνας σφίσιν ἐπιόντας, ἀνεχώρουν ἐπὶ

6. δὲ om P

et cornua canere iubet, et peregrinos in murum ductabat. hi mu-
 rum continuo scandendo superarunt; et qua cuique liberum erat, in
 urbem fundebantur. qui cum in urbem intrassent, se eam cepisse
 existimabant. at Choniates cum suis instructi et armati expectabant
 occulte, donec peregrini omnes in urbe intrassent. nam qui in arce
 consistebant, tesseram acceperunt ut ubi primum tuba sonum dedis-
 set, peregrinos confestim adorirentur. praetera qui antea per mu-
 rum erant dispositi, iussu Choniatis a muro decesserunt. nam his id
 ideo praeceptum erat, ut peregrini maiore securitate in urbem pe-
 netrarent. iussi tamen sunt ut ubi primum tuba cecinisset, ad mu-
 rum singuli, et ad ea loca quae defendenda suscepissent, cursu se
 proriperent, ut peregrinis, quos ab reliquis interceptissent, pro arbitrio
 uti possent. verum peregrini ubi primum oppugnationem sunt aus-
 picati, urbem nemine resistente et prohibente ingressi sunt. Pan-
 nones enim, quemadmodum moniti erant, retrocesserunt et se occul-
 tabant, peregrini autem cum crederent Pannonos fuga esse dilapsos,
 raptim in urbem procurantes alius alio ad praedam convertebantur.
 cum autem, quemadmodum convenerat, tuba sonuisset, qui prius mu-
 rum defensasent, celeri cursu se singuli ad sua loca contulere, et
 peregrinos incluserunt intra urbem. Choniates iuxta acie contra
 peregrinos ibat. hi videntes Pannonos ex arce prodeuntes adversum
 se pergere, ad murum retro ire instituunt. cedentibus peregrinis acri-

τὸ τεῖχος· ἀναχωροῦσι δὲ αὐτοῖς οἱ Παιῶνες καὶ ἐπέκειντο
χαλεπῶς καὶ διέφθειρον πολὺ τι πλῆθος αὐτῶν. οἱ δὲ ἄλλοι
ὡς ἐς τὸ τεῖχος ὤρμητο καὶ ἐώρων καὶ ἐνταῦθα τοὺς Παί-
νας ἐς τὰς ἐπάλλξεις, ἐβιάζοντό τε τοὺς Παιῶνας καὶ ὑπερ-
5 θέοντας ἤγοντο ἐς τὴν τάφρον. οὕτω μὲν οὖν τότε οἱ Παι-
νες ἐξεώσαντο τοὺς νηλυδας καὶ ὑπερβαίοντο τοὺς βαρβά- C
ρους· μετὰ δὲ ἔξοδον κοινὴν ποιησάμενοι οἱ περὶ Καπιστρῶ-
νον καὶ οἱ ἄλλοι Παιῶνες πρὸς τοὺς ἐν τοῖς τηλεβόλοις τοῦ
βασιλέως, μαχεσάμενοι ἐτρέψαντο αὐτοὺς καὶ ἐπεκράτουν τῶν
10 τηλεβόλων. βασιλεὺς δὲ ὡς ἑώρα ὑπὸ τῶν Παιῶνων ἐχομέ-
νους τοὺς τηλεβόλους, δεινὸν ποιησάμενος συνέβαλε μὲν ταύτη
καὶ ἐμάχετο ἰσχυρῶς, καὶ οὐδ' ὡς ἡδυνήθη ἐξώσασθαι ἀπὸ
τῶν τηλεβόλων τοὺς Παιῶνας, ἀλλ' ἀπετράπετο. οἱ μὲν δὴ
Παιῶνες ἐνταῦθα ἤδη ἐπηυλιζοντο, καὶ τοὺς τε τηλεβόλους
15 τρεψάμενοι ἐς τὸ βασιλέως στρατόπεδον ἐπαφίσσαν. ἐπεὶ δὲ
μεσημβρία ἦν τῆς ἡμέρας, καὶ τοὺς γιγνομένους τρόπους καὶ D
τὰ γιγνόμενα ἐπηγγέλλετο αὐτοῖς τοῖς κατανατικῶν Παιῶσιν,
ἐκομίζοντο ἤδη ἐνταῦθα ναῦται οὐκ ὑλίγοι αὐτῶν, εἰς τὴν
πόλιν μὲν οὐκέτι ἀλλ' ἐς τὸ στρατόπεδον. καὶ ἐπέξῃλ-
20 θον μέντοι καὶ οἱ τοῦ ἄστεως, καὶ ἐκατέρωθεν βάλλοντες
μετὰ ἐπάρσεως ἐς τὸ τοῦ βασιλέως στρατόπεδον καὶ ἐμά-
χοντο, καὶ σκηνὰς ἔστιν ἃς κατέβαλλον τοῦ στρατοπέδου συ-

5. ἦλλοντο?

ter institere Pannonas, et plurimos leto dederunt. caeteri, qui ad murum properabant, cum viderent Pannonas per murum in solitis stationibus armatos dispositos, vi eos aggrediebantur, et contra ipsos cursu lati ferebantur in fossam. in hunc modum eo tempore Pannonas elecere peregrinos et barbaros vincebant. postea coniunctis copiis Capistranus et Pannonas egressi sunt ut praelium committerent cum eis qui regias bombardas curabant. inito itaque praelio bombardarios in fugam coniecere et bombardas obtinuerunt. rex cernens suas bombardas a Pannonibus captas, multum animo discruciebatur: proinde et ipse ibi consistens fortiter praelium capessere haud neglexit. cum autem Pannonas non posset a bombardis submovere, tandem et ipse fugam arripit. Pannonas eo loci continuo receptui camebant; et dirigentes bombardas in castra regis, ea graviter adfixere. cum iam meridies adesset, et fuga, reliqua quae evenerant, nuntiata essent Pannonibus qui e regione morabantur, advehuntur non pauci, nec tamen in urbem, verum in castra iter maturant. hi qui in urbe relictii erant, in castra egrediuntur, et undique regia castra summa vi oppugnant. tentoria in regis castris disiecerunt plurima. Azapides (quos Hussarones nostri vocant) diripuerunt forum.

χνάς, καὶ διήρπαζον οἱ ἀζάπιδες τὴν ἀγοράν. καὶ βασιλεὺς
 μέντοι ἐβόα ὡς ὑπεξέλειντο τὰς κόρας αὐτῶν, αὐτὸς δὲ σὺν
 τοῖς περὶ αὐτὸν συνέβαλε μὲν, καὶ ἐτρέψαντο τοὺς Παιόνας.
 καὶ αὐτὸς τε ἄνδρα Παιόνα ἀνελὼν τιτρώσκειται ἐς τὸν μη-
 P. 224 ρόν, οὐ μέντοι γε ἐτρέπετο. μετὰ δὲ, ὡς ἐς τοὺς τηλεβόλους⁵
 ἐπεξιῶν γένοιτο, αὐτίς οἱ Παιόνας συστραφέντες ἐπέκειντο
 τοῖς βαρβάροις, καὶ ἐτρέποντο τοὺς ἀμφὶ βασιλέως ἄχρι τοῦ
 στρατοπέδου. καὶ τούτου ἐς τρεῖς γενομένου δεινὸν ἐποιεῖτο
 ὁ βασιλεὺς, οὔτε νεηλύδων παρόντων αὐτῷ ἐς τὴν μάχην, καὶ
 τῶν ἄλλων τοῦ στρατοπέδου ἐπὶ τὰς νομάς καὶ τὰ ἐπιτήδεια¹⁰
 V. 175 ἀφικομένων. καλέσας δὲ ἐν τῷ θορύβῳ τοῦτω τὸν ἄρχοντα
 τῶν νεηλύδων, Χασάνην τούνομα ἔχοντα, ἔλεγε τοιαύδε “ὦ
 κάκιστε ἀνθρώπων, ποῦ δὴ ἡμῖν οἴχονται οἱ νεηλυδες; πῶς
 C δέ σοι παρεγένοντο ἐς τὴν μάχην; ἢ οὐκ οἶσθα οἵτοι ὄντα
 οἵτοι ἄρχοντα ἐποίησάμην; ἀλλ’ ἴθι ὡς εἰ μὴ ἀποθάνοιμι,¹⁵
 εἰσόμενος τὴν δίκην ἐπιθήσω, ἣν ἂν φαίην ἄπαντες δικαιοτά-
 την γενέσθαι.” Χασάνης δὲ ὑπολαβὼν ἔλεξεν “ὦ βασιλεῦ,
 νεηλυδες εἰσὶ μὲν τετρωμένοι οἱ πολλοὶ αὐτῶν, οἱ δὲ ἄλλοι
 οὐκ ἐθέλουσιν ὑπακούειν. ἐγὼ δὲ τοῦμόν παρεχόμενός σοι,
 ἀνδ’ ὦν ἄχθῃ μοι, ὄψει με ἐν μέσῳ τῶν Παιόνων μαχίμε-²⁰
 νον τελευτήσαντα ὑπὲρ τῶν σῶν πρυγμαίων.” ταῦτ’ εἰπὼν
 καὶ ἐμβαλὼν ἐς μέσους τοὺς Παιόνας, ἀνὴρ τε ἀγαθὸς γετό-

14. σοι οὐ παρεγένοντο?

rex clamabat ut oculos eorum eruerent. ipse quoque praelium cum suis occipiens Pannonies in fugam vertebat. eo loci peremit virum Paunonium rex, verum vulneratur femur; nec tamen vulneratus in fugam effunditur. deinde cum ad bombardas recipiendas egredere-
 tur, Pannonies conversi barbaris acriter instabant, et eos simul cum rege usque ad castra persequuntur. et cum tertio hoc esset factum, rex graviter animo dolebat non adesse peregrinos et suppetias ferre in eo praelio, verum esse profectos ad colligendum pabulum et necessaria. vocans autem in isto tumultu Chasanem peregrinorum ducem, huiusmodi orationem habuit. “o pessime hominum, quo nobis peregrini abeunt? quo modo te duce ingressi sunt praelium? nec acis ex humili fortuna quam ad magnam dignitatem te proverexim, ut sis videlicet dux? sed scito, nisi praelium me absumperit, poenas mihi dabis, quas omnes iustissimas esse pronuntiarint.” Chasanes respondens “o rex,” inquit, “peregrinorum plurimi saucii sunt. reliqui qui integri sunt, dicto nolunt esse audientes. ego autem, ut opera mea utaris fideli et forti, quamvis mihi indignaeris, in medios me conferam Pannonies, ibique fortiter dimicans pro rebus tuis occumbam.” his dictis in medios se confort hostes, et in conspectu regis

μενος ἐναντίον τοῦ βασιλέως, ὑπὸ Παίωνων ἀπέθανε. καὶ
 τινες τῶν θεραπεόντων αὐτοῦ ἐτελεύτησαν ἐνταῦθα. ὡς ἐν C
 τῇ στρατοπέδῳ τρεψάμενοι τοὺς Τούρκους ἐπέκειντο οἱ Παί-
 ονες, πλέον ἔχοντες ἐν τῇ μάχῃ, παραγίνονται ἰπποδρόμοι τοῦ
 5 βασιλέως, εἰς ἔξακισχιλίους, οὓς πρότερον ἐπεπόμφει ἐπὶ φυ-
 λακὴν τῆς παριστριῶν αὐτοῦ χώρας, φυλάζοντάς τε οἰγήσουσι
 σὺν ταῖς ναυσὶν οἱ Παῖονες, καὶ διακωλύειν τε αὐτούς ὥστε
 μὴ ἀποβαίνειν. παραγενόμενοι δὲ οὗτοι ἐς τὸν θόρυβον τοῦ-
 10 καὶ συχνὸν αὐτῶν ἐνταῦθα διέφθειραν, μετὰ δὲ τρεψάμενοι
 ἔξεώσαντο τοὺς Παῖονας ἀπὸ τοῦ στρατοπέδου ἐς τοὺς τηλε-
 βόλους. καὶ οὕτω ἐνταῦθα ἡ μάχη ἐτελεύτησε πρὸς ἑσπέραν
 ἦδη. βασιλεὺς δὲ ὡς αὐτῇ τὰ πράγματα ἦδη πονήρως ἔχοντα,
 τοὺς τε νεήλυδας τετρωμένους καὶ ἐς φόβον καθισταμένους, D
 15 τὰ στρατεύματα αὐτῇ δρασμῶν τε ἐπεχείρει. νυκτὸς δὲ γε-
 νομένης πυραγγείλας ἐς τὰ στρατόπεδα συσκευάζεσθαι καὶ
 προῖέναι, ἣ ἂν αὐτὸς ἐξηγοῖτο, ἀπεχώρει ὑπὸ τὴν νύκτα, καὶ
 ἐξελαύνων ἐδεδίει μὴ οἱ Παῖονες τῇ λοιπῇ στρατεύματι δια-
 βάντες ἐπικέοιντο, καὶ σφίσι χαλεπὴ γένοιτο ἡ ἀπαλλαγὴ καὶ
 20 ἢ ἐπ' οἴκου αὐτῶν κομιδῇ. καὶ δοκεῖ ἂν μοι καὶ τοὺς Παί-
 ονας κατὰ νότου γενέσθαι τῷ βασιλέως στρατῷ, εἰ μὴ ὁ Χω-

2. ἐν] δέ? an μένοι.
 21. νότον P

1. φυλάζοντες P

οἱ σχήσουσι?

a Pannonibus trucidatur. fuit autem vir optimus. etiam ministri
 quidam eius ibidem interfecti sunt. cum Pannoni in castris fortiter
 inhaerent Turcis eosque fugam capere compellerent, ex improvise
 adveniunt sex milia equitum regis, quos miserat iam ante ad custo-
 diendam regionem suam Istro adiacentem; praeterea ut obsisterent
 Pannonum navibus advenientibus ne in terram exire possent. equi-
 tes hi advenientes, cum iam serferet praelium, Pannoni in medium
 agunt, et plurimos ibidem iuterimunt. deinde cum verterent Paono-
 nes in fugam, eos ex castris pepulerunt et ad bombardas se recipere
 coegerunt. et in hunc modum finis praeliandi, cum iam instaret ve-
 sper, factus est. rex cum cerneret res suas propemodum accisas esse,
 fuga una cum exercitu suo evadere enititur. nam peregrini plerique
 saucii et timidi erant. adveniente igitur nocte iubet ut impedi-
 menta omnia colligant, seque ad profectionem praeparant, quo pa-
 ratum et instructum sequantur quocumque eos ducere instituerit. et tan-
 dem noctu fuga sibi consulens abibat, cum interim male metueret ne
 Pannoni cum reliquo exercitu transgressi ipsam persequi statuerent,
 atque in hunc modum discessus et in patriam reditus sibi suisque
 difficilis redderetur. et sane Pannoni persequendi fugientem ho-
 stem admodum cupidi erant; et id fecissent, ni Choniates eos a per-

ναίτης ἀποτρεπόμενος οὐκ εἶα ἐπιδιώκειν, ἐπιστάμενος τοῦς
 P. 225 Τούρκους, ἐπειδὴν σφίσι κίνδυνος ἐπιστῆ, τότε πολλῶ τῷ
 μέσῳ σφῶν αὐτῶν γίνεσθαι ἀμείνους ἀεὶ καὶ ἀνεχομένους
 γίνεσθαι. δοκεῖ δὲ καὶ ὑπὸ τοῦ λοιμοῦ, ὃς ἐπεγένετο τοῖς
 Παιόσι ἐς τὸ στρατόπεδον καὶ ἐπίεζεν αὐτοὺς πάνυ, ὥστε 5
 μὴ διαπνεῦσαι ἐπὶ συχνόν τινα χρόνον. Ἰωάννης δὲ αὐτὸς
 τε ἐτρώθη ἐνταῦθα, καὶ οὐ πολλῶ ὕστερον ἀπέθανε. δοκεῖ
 δὲ μοι καὶ τοῦτο μάλιστα αἴτιον γενέσθαι τοῖς Παιόσι τοῦ
 μὴ ἐπιδιῶξαι τὸν βασιλέως στρατόν.

Ἰωάννης μὲν ἀπελαύνοντος βασιλέως ἐπιβιούς οὐ πολὺν 10
 1456 τινα χρόνον μετὰ ταῦτα ἐτελεύτησεν, ἀνὴρ γενόμενος ἄριστος
 d. 11 Aug. ἐς τὰ πάντα, καὶ ἀπὸ μικροῦ τινὸς ἐς μέγα δυνάμειος, με-
 γάλα τε ἀποδειξάμενος ἔργα πρὸς τε τοὺς Γερμανοὺς καὶ
 B Βοέμους, ἐπὶ τὰ Παιόνων πράγματα ἀφικόμενος μέγα εὐδο-
 κιμῶν διεγένετο. πρὸς δὲ καὶ ἐς τοὺς Τούρκους οὐκ ὀλίγα 15
 ἀποδειξάμενος ἔργα, εἰ μὴ διὰ τὸ πληθὸς τε καὶ ἀρετὴν αὐ-
 τῶν οὐκ ἐδόκει ἂν ποτε περιγενέσθαι τῆς βασιλέως δυνάμειος
 καὶ αὐτὸς τε ἔω ἅμα ἐχειρώσατο τὰ τῶν Παιόνων στρατεύ-
 ματα. ἀχθομένων δὲ αὐτῷ τῶν λοιπῶν τῆς Παιονίας δυνα-
 τῶν, καὶ οὐκ ἀξιούντων ὑπ' αὐτοῦ ἄρχεσθαι, ὁμως ἐπεκράτει 20
 τε τῶν πραγμάτων, ξυνομολογούντων ἤδη κἀκείνων, καὶ οὐκ
 V. 176 ἐχόντων ὅπως μὴ συγχωρῶσιν ἀνδρὶ εὐδοκιμοῦντι τε ἀπαν-
 ταχῆ, καὶ τὴν τε ἀρχὴν ἐπὶ τὸ κράτιστόν τε καὶ ἀσφαλέστε-

1. ὑποτρεπόμενος P

secutione inhibisset, sciens Turcos, quando discrimen anceps impen-
 derit, duplo quam sint alias fieri fortiores et omnia perpeti. hoc
 accedebat et pestis, quae saevissima Pannonum invaserat castra, ut
 nequiverint longo tempore post vix ab illo contagio respirare. Ioan-
 nes quidem eo in praelio vulnus accepit, ex quo haud multo post
 mortuus est. haec quidem mihi praecipua causa extitisse videtur,
 quod Pannonae a persecutione hostium abstinuerint.

Ioannes non diu post fugam regis vivens defunctus est, cum ex-
 titisset vir optimus, qui ex humili loco ad maximam conscendit po-
 tentiam, memorabilia designans facinora contra Germanos et Boemos;
 et in regnum Pannonum succedens maxima florebat gloria. praeterea
 praeclare rem gessit adversus Turcos, quos putabat, nisi copiis maxi-
 mis suorum et virtute, superari haud posse. Pannonum regnum nec-
 non exercitus eorum ipse quoque suscepit. cum autem ei inviderent
 reliqui Pannoniae principes, nec eius imperia capasserent, tamen
 brevi effectum est ut regnum retineret, cum etiam illi invidi confite-
 rentur regnum esse isti viro committendum, quod non cessaret firmis-
 simum et tutissimum praestare. apparet autem virum hunc, quae-

ρον διέποντι. δοκεῖ δὲ οὗτος ἀνὴρ σπουδῇ τὰ πάντα καταργάζεσθαι, καὶ ἐν δέοντι χρῆσθαι τοῖς πράγμασιν αὐτίκα, ὅποι ἂν δέοι, παραγεγόμενον. λέγεται δὲ καὶ ὑπὸ λοιμοῦ ἀπενεχθέντα ἀποθανεῖν.

- 5 Περὶ δὲ Καπιστράνου τοσοῦδε ἐπιστάμενος μνήμην ποιήσασμαι, ὡς Βερναρδίνου τοῦ Κανιλίου γενόμενος ὀπαδός, μεγάλη ἐς τὴν τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Θρησκείαν διδάξαντος, καὶ αὐτὸς ἐπὶ μέγα δόξης τε καὶ κλέους ἐχώρησεν ἀνὰ πᾶσαν σχεδὸν τι τὴν ἐσπέραν, ἐς τὰ πρῶτα ἀνήκων σοφίας τε ἅμα καὶ 10 θσεωρίας. καὶ τῷ μὲν δὴ Βερναρδίνῳ τελευτήσαντι οἱ περὶ τὴν Ἰταλίαν ἀνάγουσί τε τιμὰς ὡς ἤρωι καὶ ναοὺς ἀνοικοδομοῦσι, καὶ ἱερωμένα ἔστιν αὐτῷ οὐκ ὀλίγα ἀνὰ τὴν Ἰταλίαν ἀγάλματα ὡς ἀνδρὶ εὐαγελῆ τε καὶ δαιμονίῳ γενομένῳ. λέγεται δὲ καὶ θαύματος ἄξια τοῦ ἀνδρός τοῦδε ἀποδειγμένα. D
- 15 τούτου δὲ ὁ Καπιστράνος Ἰωάννης γενόμενος ὀπαδός, ὡς εἴρηται, καὶ πολλὴν χώραν ἐπεληλυθὼς περιηεὶ δημοσίᾳ διδάσκων τῇ τε ἄλλῃ, ἀφίκετο δὴ καὶ ἐς Βοέμους δοκοῦντας αἰρεσιν, τὴν τοῦ πυρὸς Θρησκείαν τε ἐς τὰ μάλιστα, καὶ μηδαμοῦ ἔτι συντίθεσθαι τῇ τῶν λοιπῶν ταίτῃ Θρησκείᾳ, ἀλλ' 20 ὅμως φρονοῦντάς τε καὶ μὴ πειθομένους τοῖς λοιποῖς ἀνὰ τὴν Βοεμίαν ἄδραῆ. ἐπὶ τούτους ἀφικόμενος ὁ Καπιστράνος ἐς τὸ τῶν λοιπῶν Βοέμων δόγμα κατέστησε. καὶ μέγα εὐδοκίμων ἐπὶ σοφίᾳ τε καὶ συνέσει ἐπιτηδείως τε ἔσχε τῶν Παιό-

cunque aggressus est, effecisse, usum et diligentia singulari et celeritate, praeterea quod ubicunque occasio affulsisset, continuo praesto fuerit. sunt qui tradant hunc virum peste infectum mortem obiisse.

De Capistrano nunc quantum scimus referemus. Capistranus sectator fuit Bernardini Canilli, qui plurima et magna, quae pertinent ad religionem Iesu, docens magnam ad gloriam et claritatem emerit. nam facile princeps, quantum ad eruditionem et contemplationem attinet, per universum Occidentem apparuit. Itali in honorem Bernardini demortui festa celebrant, et templa exaedificant ceu heroi. nec paucae statuae per Italiam visuntur, quae consecratae in honorem huius viri positae sunt, quasi extiterit vir quidam sanctus et divinus. commemorantur et miracula, quae vir ille fecerit. huius sectator cum foret Capistranus, quemadmodum antea explanavimus, et ad plurimas regiones accedens publice doceret, etiam devenit ad Boemos, qui ea secta videbantur infecti ut ignem colerent nec vellent inde recedere et veram religionem apprehendere. qui pertinaces cum nolent consentire cum reliquis per universam Boemiam, adveniente Capistrano continue cum aliis in eandem religionem commigrarunt

P.226 *ων βασιλέα, και δια τούτο συνεπλάβετο και του προς Τούρκους πολέμον, ως δὴ πρότερόν μοι δεδήλωται.*

Βασιλέα δὴ τούτον οἱ Παιόνες ἐπηγάγοντο ἀπὸ Γερμανίας, ἀδελφιδούν γενόμενον τοῦ Σιγισμούνδου βασιλέως. τούτον γάρ παιδα ἔτι ὄντα μετὰ τὴν ἐν Βάρρη τελευταίην τοῦ βασιλέως τοῦ Λαδισλάου, ἐπρεσβεύοντο πρὸς Ἀλβέρτον τὸν Σιγισμούνδου τοῦ βασιλέως ἀδελφόν, ὃς ἐπιστρέφεν τοῦ παιδὸς και περιάγων ἐς τὴν Ἰταλίαν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ. και γάρτοι και ὁ Ἀλβέρτος οὗτος βασιλεὺς τῆς Γερμανίας, ἀφικόμενος ἐπὶ τὸν Ῥωμαίων ἀρχιερέα αὐτοκράτωρ τε ἀπεδείχθη ἐπὶ Νικόλεω τοῦ ἀρχιερέως, και ἀπιὼν ἐπὶ τὴν ἀρχὴν αὐ-
Β τοῦ ὄρητο ἐπὶ Τούρκους στρατεύεσθαι. οὗτος δὲ μέγα ὄλβιος ὢν, ἄτε αὐτοκράτορα Ῥωμαίων γενόμενον ὑπεδέξαντο οἱ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ και μεγάλως ἐτίμησαν. παρὰ τούτῳ [ἐν] τῇ βασιλεῖ Βιέννης διατρίβοντα τὸν παιδα ἤτιόντο οἱ Παιόνες· και ὡς ἔτι παιδῶ τε ὄντα, και δειμαίνων περὶ αὐτῶ, οὐκ ἐδίδου ὁ βασιλεὺς. και καταστάντες ἐπολέμουν αὐτῶ οἱ Παιόνες ἐπὶ συχρὸν τινα χρόνον, και δὴ και πρόσβεις ἐπὶ τὸν Ῥώμης ἀρχιερέα πέμποντες ἤξιον σφίσι τὸν βασιλέα ἀποδίδοσθαι· εἰ δὲ μὴ, ἐπιόντες μὴ ἀνεῖναι πολεμοῦντάς τε 20 και δηοῦντας τὴν χώραν, ἐς ὃ ἂν ὑπάγωνται σφίσιν ὑποχέριον. ἐνεδίδου μέντοι ὕστερον, και τὸν τε παιδα ἀπέπεμψεν

cum autem sapientia et intellectu plurimum valeret, regi Pannonum familiariter iunctus est. familiaritate ista permotus regem, ut supra meminimus, in Turcica expeditione enixe iuvit.

Regem tunc ab Germania accersiverunt Pannoni, Ladislaum nomine: erat enim nepos regis Sigismundi ex filia. nam eum petiverunt, cum adhuc foret puer, post obitum Vladislai in Varnensi praedio, missis legatis ad Albertum Sigismundi fratrem, qui tutor erat pueri et in Italiam abductum secum habuit. siquidem et Albertus iste, cum esset Germanorum rex et venisset ad Romanum pontificem, imperator ab Nicolao pontifice declaratus est. suscepta imperatoria dignitate in animo habebat bellum inferre Turcia: hunc igitur opibus praepotentem (erat enim imperator) Itali suscipere, eique honores maximos habuere. puerum, qui Viennae apud eum morabatur, petiere Pannoni. verum imperator Pannonibus puerum tradere cunctatus est (erat enim adhuc puellus), quod ne quid discriminis ei ingrueret anxius metuebat. Pannoni itaque unanimi consensu bellum longo tempore cum Alberto gessere. praeterea legatos ire iusserunt ad Romanum pontificem, petentes sibi regem restitui. quod si facere abnueret, profitebantur se non prius posituros bellum quam regionem eius omnem misere pervastatam universam in dicionem acciperent. ve-

ἐπὶ τὴν βασιλείαν, ὃς ἀφικόμενος ἐς Ποῦδην, καὶ ἀπὸ Μπε- C
 λογραδῆς τὸν βασιλέως στρατὸν ἀπωσάμενος διὰ τοῦ Χωνιά-
 του, μετὰ ταῦτα οὐ πολὺν τινα χρόνον βίους ἐτελεύτησε, λέ-
 γεται μὲντοι καὶ ὑπὸ τινος Λαυρεντίου Χεδραχυβάρου τοῦ
 5 Ἀντεσπάρου κώνειον ἐμπιόντα ἀποθανεῖν. ἀγόμενος δὲ τοῦ
 Κελτῶν βασιλέως θυγατέρα οὐκ ἔφθη τὸν γάμῳ ποιήσασθαι·
 ἐτελεύτησε γὰρ πρὶν ἢ ἀφικέσθαι τὴν γυναῖκα αὐτῆ ἔς τὰ V. 177
 βασίλεια. τελευτήσαντος μὲν οὖν τούτου διηρέχθησαν οἱ
 Παιόνων πρῶτοι ἐς ἀλλήλους, καὶ ἐς διαφορὰν ἀφικομένων
 10 αὐτῶν ἐπεκράτησαν οἱ τοῦ Χωνιάτου παῖδες. Ὀρλίχον γὰρ
 ἡγεμόνα τῆς Παιόνων χώρας οὐ φάνη, καὶ ἔχοντα ἀνωμά- D
 λως πρὸς τὸν Χωνιάτην ἔτι περιόντα, ὡς ἐτελείτησεν, ἡξίον,
 ὡς ἀνδρὶ γενομένη σφίσιν αἰτίῳ μεγάλων συμφορῶν ἐς τοὺς
 Τούρκους, μῆτε τοὺς παῖδας διὰ τιμῆς κεκτῆσθαι ἐν τῇ συγ-
 15 κλήτῳ, ἐκείνων ἀνοσιώτατον ἡγουμένων τοὺς παῖδας ἐξελαίνειν
 ἐκ τῆς ἀρχῆς. ἐνταῦθα τοὺς Χωνιάτου παῖδας ἐν τῇ συγκλήτῳ
 ἐπιπηδήσαντας τῷ Ὀρλίχῳ καὶ ἀποταμόντας τὴν κεφαλὴν αὐ-
 τῆ οἴχεσθαι. τοῦτο χαλεπώτατα μὲν δὴ ἐνεγκόντες οἱ Παιό-
 νες τὸν τε παῖδα τοῦ Χωνιάτου καθεῖρξαν ἐς τὴν Μπελο-
 20 γράδην· μετ' οὐ πολὺ δὲ αὐθις διεπράξατο, καὶ ἐξελθὼν P. 227
 κατέστη ἐς τὴν βασιλείαν Παιόνων. βασιλεὺς δὲ ἀπεδείχθη
 συναιρουμένων αὐτῆ τῶν τοῦ πατρὸς ἐπιτηδείων. δοκεῖ δὲ

12. περιόντα P

rum imperator postea Pannonibus cedebat, et puerum ad regnum capien-
 dum misit. qui ubi venit Bndam et copias Turcorum regis Belgrado ductu
 Choniatis submovit, haud diu supervixit. perhibent enim eum ven-
 eno sublato esse a quodam Laurentio Chedrachabare. et cum
 duxisset uxorem regis Gallorum filiam, veneno interemptus est prius-
 quam nuptias celebrare quivisset: nam mortuus est antequam uxor
 in regnum eius veniret. hoc e numero viventium subtracto dissensio
 inter Pannoniae proceres exorta est. at in ea discordia victores eva-
 sere filii Choniatis. Orlichus enim princeps regionis in Pannonia
 haud poenitendae, cui intercesserant inimicitiae cum Choniato adhuc
 superstiti, censebat filios Choniatis non in senatoria dignitate collo-
 candos, ut quorum pater maximarum ipsis contra Turcos dimicanti-
 bus auctor calamitatum extiterit. Pannones contra impium ducebant
 Choniatis filios regno et magistratu expelli. filii igitur Choniatis in-
 surgentes contra Orlichum, in curia caput eius amputarunt et abie-
 runt. factum hoc Pannones indignissime ferebant, et Choniatis filium
 in vincula coniecerunt; et quo maiore custodia asservaretur, vinculum
 Belgradum deportarunt. verum is haud multo post effecit ut vincu-
 lis exemptus in regiam dignitatem subveheretur. nam rex creatus

καὶ χρήμασι πολλοῖς διαπραξόμενος καὶ ἀνακτώμενος, στρα-
τόν τε ὡς μέγιστον τῶν καὶ τὴν Παιόνων χώραν τρέφων,
ἐπὶ τὴν βασιλείαν τῶν Παιόνων χωρῆσαι. Ἰλόκης μὲν καὶ
πρῶτα Χωνιάτῃ διαφερόμενος, καὶ ὕστερον τῷ παιδί αὐτοῦ
ἐς τὴν βασιλείαν παρεληλυθότι διενεχθεὶς οὐκ ἔσακούειν οὐδὲ
πειθεσθαι ἤθελε, μετὰ ταῦτα δὲ συνέβη αὐτῷ ἐπὶ ῥητοῖς
καὶ ἐπειθετο. οὕτω δὲ ὁ ἐπὶ τοῦ Χωνιάτου παῖς, ἐς τὸν
νεώτερον περιεληλυθεν ἢ Παιδῶν ἡγεμονία. καὶ πρὸς βασι-
Βλέα Ῥωμαίων Ἄλβερτον ἐπολέμει, μεγάλη ἀποδεικνύμενος
ἔργα, καὶ Βράγαν τε καὶ Βοέμους ὑπηγάγετο, ὥστε οἱ ἄμφω 10
τὰς ἡγεμονίας ἀπηκόουσ γενέσθαι.

Ἔρμητο δὲ οὖν, ὡς καὶ πρότερόν μοι δεδήλωται, ἔ
αὐτοκράτωρ οὗτος Ἄλβερτος ἐπὶ Τούρκους καὶ Μεχμέτη στρα-
τεύσθαι, καὶ παρασκευασάμενος στρατὸν ἐπροσβέυετο πρὸς
τοὺς Παίονας ὥστε δοθῆναι οἱ δίοδον διὰ τῆς χώρας αὐτῶν, 15
καὶ ἀγορὰν παρέχεσθαι αὐτῷ τοὺς Παίονας προαγορεύων. οἱ
δὲ ἐπιλεγόμενοι ἐν σφίσι αὐτοῖς, ὡς ἦν ἐπικρατήσωσι τῆς
Θράκης καὶ ἐπὶ μέγα χωρῆση δυνάμεως, ἐπανιῶν καταστρέ-
Cψεται σφᾶς, οὐκ ἔφασαν δίδόναι αὐτῷ ἐκόντες εἶναι διεξιέ-
ναι διὰ τῆς χώρας. οἱ μὲν δὲ οὕτω λέγουσι γενέσθαι. οἱ 20
δὲ ἄλλοι λέγουσι τοὺς Παίονας ἀποκρίνασθαι τῇ μὲν προσβείᾳ
λόγους ἐπεικεις, ὑποστρεφόντων δὲ τῶν πρέσβειων ὑπέισαντας

22. ὑπόσαντες P .

est, adiutus fideli opera paternorum amicorum. etiam plurimum ad
regnum parandum contulit, quod opibus exercitum sibi conciliavit,
eumque in Pannonum regione aluit. et in hunc modum insigne re-
giae dignitatis decus acquisivit. Illos cum iam antea discordiam
fovisset adversus Choniatem, et deinde inimicitias suscepisset cum
filio eius qui regno potitus erat, recusabat novo regi obedire. verum
non multo post cum intercessisset pactum, regis imperium admitte-
bat. in hunc modum regnum delatum est ad Choniatis filium iunio-
rem. hic bellum gerebat cum Alberto Romanorum imperatore, ma-
gna edens ubique militaris virtutis opera. Pragam et Boemiam sub-
egit, ut iam utraque regna ei parerent.

Albertus Romanorum imperator in animo habebat armis petere
Mechmetem Turcorum regem. contractis igitur copiis legationem mit-
tebat ad Pannones, petens ut se sinerent suas copias per ipsorum
regionem ducere, et comitatum praeberent. Pannones autem comitiis
habitis inter se collocati erant, si domuisset Thraciam et magnam po-
tentiam sibi peperisset, fore ut reversus etiam Pannoniam subigere co-
naretur. quapropter responderunt se nequaquam voluntarios transi-
tum per suam regionem praestare. quidam perhibent Pannones sic

ἄνδρας κατὰ τὴν ὁδὸν, ἧ ἔμελλον διεξιέναι, ἀνελεῖν αὐτοὺς ἅπαντας, καὶ οὕτω τραπομένου τοῦ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων ἐς τὴν τῶν πρέσβων ἔρηναν αὐθις ἐς πόλεμον καταστάτας φέρειν ἀλλήλους. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω γενέσθαι λέγεται ἀπὸ 5 τῶν Παιόνων ἐς τοὺς Γερμανοὺς τε καὶ αὐτὸν βασιλέα Ἄλβροτον.

Ταῦτα μὲν ἐν ἔτσι πάνυ ὀλίγοις ἐγένετο. διὰ δὲ ταύτην τὴν διαφορὰν γενέσθαι τὴν ἐν Μαντύῃ τοῦ Ῥωμαίων ἀρχιερέως δίαιταν προσκαλεσάμενον τῶν τε Ἰβήρων καὶ Κελ- 10 τῶν βασιλέων καὶ ἡγεμόνων καὶ Γερμανῶν καὶ Παιόνων καὶ τῶν κατὰ τὴν Ἰταλίαν ἡγεμονιῶν καὶ πολιτειῶν. καὶ ἐπεξελθὼν ἀπὸ τῆς Ῥώμης ἐς Μαντύην τὴν σύνοδον ἐποιεῖτο, ἧ δὴ συνελέγοντο ἅπαντες οἱ τῶν ἑσπερίων βασιλέων τε καὶ ἡγεμόνων πρέσβεις. προέθετο περὶ τῆς Μεχμέτω βασιλέως 15 Τούρκων καθαιρέσεως, καὶ ἐκέλευε γνώμην ἀποφαίνεσθαι ἕνα ἕκαστον τῶν παρόντων πρέσβων ὑπὲρ τῶν σφετέρων βασι- V. 178 λέων τε καὶ ἡγεμόνων. καὶ ὑπέσχετο δὴ ἐνταῦθα οἱ μὲν αὐτῶν χρήματα οἱ δὲ καὶ ἄνδρας συμβαλεσθαι ἐς τὸν πόλεμον τόνδε. ἔνθα δὲ τὴν δεκάτην τῶν προσόδων ἐδέδοκτο P. 228 20 κοινῇ ἀξελέσθαι πάντων τῶν εἰς τὴν ἱερατεῖαν τελούντων, καὶ ἅττα δ' ἂν τῶν χρημάτων συναθροισθῆ, ἐς τὸν πόλεμον τοῦτον ἀποτάττεσθαι, καὶ οὕτω ἄνδρας ἐς τὰ τοιαῦτα ἐτάξαντο.

4. ἔγειν καὶ φέρειν?
ὑπὸ P

9. πρέσβεις προσκαλεσαμένου?

16.

decrevisse. verum sunt qui tradant Pannonos benigne respondisse legatis. caeterum legatis revertentibus ad regem, a quo missi erant, subornarunt viros qui eos in via qua profecti erant, ex insidiis adorirentur et necarent. quod quidem contigit. imperator enim ad inquisitionem legatorum converteretur, effecit ut iterum bellum inter ipsos exoriretur et graviter se mutuo affligerent. at haec quidem a Pannonibus contra Germanos et Albertum imperatorem facta esse traduntur; quae profecto paucis annis intercedentibus contigere.

Propter istam discordiam ferunt Romanum pontificem Pium II Mantuae egisse, vocantem Iberorum et Gallorum reges et duces magistratusque per Italiam, praeterea duces Germanorum et Pannonum. egressus Roma Mantuam, quo concilium indixerat, id ibidem conclebrabat. huc conveniebant Occidentalium regum et principum legati, et consultabatur quomodo Turcorum rex Mechmetes foret debellandus. singulos legatos regum et principum, quorum auctoritate missi erant, sententiam expromere iubebat. quidam pecuniam, quidam milites se in eam expeditionem collatos pollicebantur. Decretum est ut decimae redituum omnium, et quinquagesima pars eorum quae

μετὰ δὲ ἰδόμενοι τοὺς Γερμανοὺς τοῖς Παιοῖσι διαλλάξαι, καὶ ἐπιπέμποντες ἄνδρα τῶν παρὰ σφίσι ἐλλογίμων τὰ πρῶτα φερόμενον, Βησσαρίωνα καρδινάλιον τὸν ἀπὸ Τραπεζοῦντος, ἐπρεσβεύοντο παρ' ἀμφοτέρους, ὥστε διαλλάξαι τούτους ἀλλήλοις καὶ τὰς διαφορὰς καταλύειν. καὶ ἄλλους ἄλλη διεπέμπον ἐπὶ τοῖς παροῦσι πράγμασι, παρακαλοῦντες συμβαλέσθαι ἐς τὸν ἐπὶ τοὺς βερβάρους πόλεμον.

Ταῦτα μέντοι τῇ Πίῳ ἀρχιερεῖ ἐπεποιήτω ἀμιλλωμένῳ ἐς τοὺς προτέρους αὐτοῦ ἀρχιερεῖς. καὶ γὰρ τοι καὶ ὁ Νικόλεως ἀλούσης τῆς Βυζαντιῶν πόλεως σύνοδον ἐποιεῖτο, προτρέπόμενος τοὺς πρὸς ἐσπέραν ἡγεμόνας ἐπὶ τὸν βάρβαρον, καὶ λόγον συγνὸν ποιούμενος παρεκάλει. οὐ πολλῶ δὲ ὕστερον ἐτελεύτησεν, ἀτελεῖ καταλειπὼν ταύτην αὐτῷ τὴν ἀπόδειξιν. τοῦ δὲ Εὐσεβίου ἀρχιερέως μετὰ Νικόλεως τὴν ἡγεμονίαν παραλαβόντος, ὄρκον ποιήσασθαι ἰσχυρότατον, καὶ ἐν γομφίῳ παραδιδόντα, ἀρτέυσθαι μὲν ναυτικὸν ἀπὸ Νεαπόλεως. τὸν γάρ τοι Ἀλφόνσον στρατηγὸν ἐλεύσθαι ἐς τὸν ἐπὶ τοὺς βερβάρους πόλεμον. καὶ ταύτην ἀνελομένου τοῦ Παρθενόνης βασιλέως, ἐκπέμψαι τριήρεις δέκα ἐπὶ τὴν τῶν βερβάρων χώραν, ὥστε ἀρχὴν ποιούμενος τῆς ἐξόδου. ταύτας μέντοι τὰς ναῦς, καὶ οὐδὲν ὕστερον πλείους, ξυνέβη ἀρπικέσθαι ἐς Ῥόδον, καὶ ταύτη ὀρμισαμένης ἐντεύθεν ὠρμηθῆναι ἐπὶ τὴν

14. Νικόλεω P

ad clerum redirent, in istam expeditionem contribuerent. ordinatum est ut pecunia quae hinc colligeretur reconderetur. necnon viri huic negotio destinati sunt. secundum haec conclusum est ut Germani cum Pannonibus in gratiam redirent. miserunt ad concordiam istam constabillendam Bessarionem cardinalem Trapezuntium, qui princeps eius legationis facile omnes excellebat. missi sunt utrinque legati, quorum opera concordia inter ipsos componeretur et discordia pelleretur. legati quidem alii alio ire iussi sunt, ut reliquos cohortarentur ad capessendum bellum contra Turcos.

Haec quidem sub Pio pontifice contigerunt, cum eniteretur nequaquam antecessoribus suis esse inferior. etenim capta Cpoli concilium agitabat Nicolaus V, et longa oratione habita Occidentales principes hortabatur ut bellum barbaro inferrent. verum haud multo post obiit mortem, cum ea adhortatio haudum ad rem esset collata. Eusebius autem sive Pius ubi pontificatum suscepit, se ipse gravissimo iureiurando illigavit, et literis significavit ut classis Neapoli pararetur ad Turcicam expeditionem. nam Alphonsus creatus erat dux contra barbaros. literas has ubi accepit Parthenopeas rex, triremes decem in barbarorum regionem misit, initium faciens Turcici belli.

βασιλέως χώραν, τὴν τῆς Ἀσίας παράλιον, καὶ δηῶσαι μὲν
 ὀλίγα ἄττα τῆς βασιλέως χώρας, ἐπιπλέοντας δὲ καταστρέψα-
 σθαι τὴν Λήμνον, ἔχοντος ταύτην τοῦ βασιλέως, μετὰ δὲ
 ταῦτα Ἴμβρον καὶ τὰς λοιπὰς τῶν ταύτῃ νήσων ἐν τῷ Αἰ-
 5 γαίῳ· τὴν γὰρ τοὶ Σκῦρον καὶ Σκόπελον καὶ τὰς ἄλλας, ὡς
 ἔαλω Βυζάντιον ὑπὸ βασιλέως, ἐπὶ Οὐίνετοὺς ἐτρέποντο, καὶ
 ἔσχον ταύτας. ἐνιαυτὸν δὲ περιπλέοντες τὸ Λιγαθὸν αὐταὶ αἱ D
 τριήρεις οὐδὲν τι ἄξιον λόγου ἀπεδείκνυντο. καὶ ὡς οὐδὲν
 ἔτι ἐπέπλει ἀπὸ Ἰταλίας, αὐθις ἐπέπλει ἐπὶ Ἰταλίας, σκεδα-
 10 σθέντες ταύτῃ ἀνὰ τὰς πόλεις.

Καὶ Εὐσβίῳ μὲν τῷ ἀρχιερεῖ ἐς τὸδε ἐτελεύτα ἡ πα-
 ρασκευή· μετὰ δὲ Πίος ὁ ἀρχιερεὺς ὡς ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν
 ἀφίκετο, τὴν ἐν Μαντινῇ δίαίτιν ἐποίησατο ἅτε δὴ κατύστα-
 σίν τε καὶ σύλλογον περὶ τῶν καθηκόντων αὐτῷ πραγμάτων
 15 ἐς τὸν ἐπὶ βασιλέα Μεχμέτη πόλεμον. Βησσαρίων μὲν δὴ
 ἐπὶ Παίονας ἀφικόμενος καὶ ἐς Γερμανοὺς τὰ τε ἄλλα διε-
 λέχθη, καὶ τὴν πρὸς ἀλλήλους διαφορὰν καταλύειν πειρώμε- p. 229
 νος, οὐχ οἷός τε ἐγένετο ἐς ταῦτὸ ἄμφω ξυναγαγὼν διαλλά-
 ξαι. ἀλλὰ ἄπρακτος μὲν ἀπεχώρει, ἐδόκει δ' αὐτοῖς ἀπὸ Ἰτα-
 20 λίας ὠρμημένοις τόνδε σφῶς ἄρασθαι τὸν πόλεμον ἀπὸ τῆς
 ἡπείρου.

Ταῦτα μὲν ἐς τοσοῦτον ἐγένετο κατὰ τὴν ἐν Μαντινῇ

8. ἐπεδείκνυντο P

hae quidem solae, nec plures, appulere Rhodum. unde solventes fe-
 rebantur contra regionem regis Asiae maritimam. aliquantulum damui
 invexere barbari regioni: nam accedentes subiecerunt Lemnum, quam
 ea tempestate rex tenebat. postea in dicionem acceperunt Imbrum
 et reliquas Aegei maris insulas. Scyrum enim et Scopelum necnon
 reliquas Byzantio capto ad Venetos transiisse constat, qui eas te-
 nuere. cum autem per integrum annum triremes illae hinc inde ob-
 errassent, nihil sane memorabile fecerunt. praeterea cum triremes
 aliae nullae ab Italia submitterentur, et ipsae in Italiam rediere; et
 navales milites qui in illis erant, per Italiae urbes dispersi sunt.

Hunc finem habuit Eusebii sive Pii apparatus bellicus. deinde
 etiam Pius pontifex, ubi primum pontificatum suscepit, concilium
 Mantuae celebravit, in quo nihil aliud actum quam quomodo Mech-
 metes Turcorum imperator esset domandus. Bessarion cum ad Pan-
 nones et Germanos venisset, mandata quae acceperat iis enarravit.
 cum institueret discordiam, qua inter se laborabant, dissolvere et con-
 concordiam inducere, nihil efficere quivit, quamvis in unum locum
 eos contraxisset. verum re infecta discedebat. tandem visum est ut
 ex Italia profecti Turcum terra aggredierentur.

Haec quidem hactenus Mantuae in concilio gesta sunt. nunc

δίαιταν· εἶμι δὲ ἐπ' ἐκεῖνο τοῦ λόγου ὄσαν ἐπὶ τοσοῦτον
 στραπόμην, ἐς τοσοῦτον διεξιῶν τὸν λόγον. τοῦ γὰρ τοι ἐπι-
 γινομένου θέρους ἀπέχρη μὲν τῷ βασιλεὶ Μεχμέτη κακῶς
 πράξαντι ἐς τὴν ἐπὶ Παίονας ἄλυσιν ἡσυχίαν ἄγειν, στρα-
 τεύματα δὲ ἔπεμπεν ἄλλη τε καὶ ἐπὶ Σκινδέρην τὸν Ἰβάνεω 5

V.179 παιδα, ἐφ' ὃν δὴ καὶ ὁ πατήρ στρατευοσάμενος καταστρέψα-
 Βσθαι οὐχ οἷός τε γένητο. Ἰησοῦν δὲ τὸν Βρενέζεω παιδα
 ἀπέδειξε στρατηγόν, παραδούς τὸ τε ἀπὸ Φερρῶν στρατεύμα
 καὶ τὸ παρὰ Ἀξιόν καὶ τὸ ἀπὸ Θετταλίας. ἡγουμένου δὲ
 Ἰησοῦ τοῦ Βρενέζεω ἐσέβαλλε πρὸς τὸν Ἴόνιον τῆς Μακεδο- 10
 νίας χῶρον, καὶ ἐδήου τὰ πολλὰ αὐτῆς. Σκινδέρης δὲ οὗτος
 διαπρεσβευοσάμενος πρὸς τὸν Ῥώμης τε ἀρχιερέα καὶ πρὸς
 βασιλέα Ἀλφόνσον τὸν Παρθενόνης ἐπιτηδείως τε ἔσχε καὶ
 συνήθως τῷ βασιλεὶ τούτῳ, δι' ἃ δὴ καὶ τὸν πρὸς βασιλέα
 πόλεμον τὴν τε Κρούην παρέδωκε τούτῳ τῷ βασιλεὶ καὶ ἤξιον 15
 αὐτῷ ὑπήκουσεν εἶναι. ἔνθα δὴ καὶ στρατὸν πεζὸν ἱκανὸν δια-
 C πορθμεύσας ὁ Παρθενόνης οὗτος βασιλεὺς ἀπὸ Ἰαπυγίας ἐς
 Ἐπίδαμνον, καὶ ἄρχοντα τῶν παρ' αὐτῷ ἐλλογίμων ἕνα στρα-
 τηγῶν [ἐπὶ] τὴν βασιλέως ἀληίζοντο χῶραν. μετὰ δὲ κατα-
 στάντες ἐπολιόρχουν κολίχνην Σφετόην καλουμένην, ἐξελεῖν 20
 βουλόμενοι. ἐνταῦθα πυθόμενος παρὰ τῶν σφετέρων Ἰησοῦς
 ὁ Βρενέζεω, καὶ παραλαβὼν τοὺς ἐς τὸν Ἀξιόν ἵπποδρόμους

8. ὑπὸ P

10. πρὸς] ἐς τὸν πρὸς?

14. καὶ] καὶ κατὰ?

tempus est ut redeam ad illum sermonem, unde ad hunc digressus
 sum. ea aetate quae insequobatur, praeclearae secum actum putabat
 Mechemetes, qui inauspicato rem gesserat cum Pannonibus, quod qui-
 etem agere posset. misit igitur partem exercitus contra Scenderem
 Ibanis filium, quem pater, quamvis saepius eum debellare occupisset,
 vincere nequivit. Iosuen filium Brenezis constituit ad id bellum
 ducem, cui tradidit exercitum qui Pherris erat, et eum qui erat apud
 Axium flumen, necnon Thessaliae exercitum. duce autem Iosue in-
 cursionem faciebat versus Ionium Macedoniae, et pleraque istius de-
 populatus est. Scenderes legationem misit ad Romanum pontificem
 et ad regem Parthenopes Alphonsum: nam regi huic admodum carus
 et familiaris erat, quia propter bellum Turcorum imminens isti regi
 Croiam assignarat, eamque huic subditam esse volebat. transportavit
 igitur ibi rex Parthenopes Alphonsus ab Iapygia pedestrem exerci-
 tum magnum in Epidamnium, cui praefecit ducem de suis virum pru-
 dentem; et regis regionem evastabant. postea coniunctis copiis ob-
 sidebant urbem Sphetoam nominatam, volentes eam expugnare. Iosue
 Brenezis filius cum intellexisset in quam necessitatem venissent Spheto-
 enses, accipiens equites qui erant in Axio et Peresbiorum exerci-

καὶ Παραβοῶτων στρατόν, καὶ τὴν ταχίστην ἐπειγόμενος ἄλλην
 ἢ αὐτοὶ ἐφύλαττον οἱ Ἴταλοι, καὶ ἐπεισεσῶν ἄφνω διέφθειρε
 σὺμπαντας τοὺς Ἴταλοὺς, Σκηνδέρης μέντοι (ἔτυχε γὰρ ἀπὼν
 τότε) οὐδ' ὀτιοῦν παθῶν δεινόν. ὕστερον μέντοι οὐ πολλῶ
 5 Σκηνδέρης διαβάς ἐς Ἰταλίαν ἀφίκετο ἐς τὸν Παρθενόπης βα- D
 σιλέα. καὶ αὐτὸν ὑποδεξάμενος τὰ τε ἄλλα ἐτίμησε, καὶ ἐς
 τὸν Ῥώμης ἀρχιερεῖα ἀπέπεμψε φιλοφρονησάμενος. μετὰ δὲ
 ταῦτα χρήματα ἱκανὰ παρεχόμενος αὐτῷ ἀπέπεμπεν ἐπὶ τὴν
 ἀρχὴν αὐτοῦ. οὗτος μέντοι ἐπανιῶν ἐπὶ τῆς χώρας αὐτοῦ
 10 ἐπέμενεν ἐπιόντα τὸν βασιλέως στρατόν, καὶ ἐρμυνην οὔσαν
 τὴν χώραν κατεῖχεν, ἔχων τε στρατόν μεθ' ἑαυτοῦ τὸν ἀπὸ
 τῆς χώρας δῆει δια τῶν ὀρέων περιῶν τῷ στρατῷ, καὶ τὰς
 τε γυναῖκας καὶ παῖδας ἐς τὰ ἔρμυνα εἰσενεγκάμενος αὐτὸς
 περιήει, ἔχων περὶ τὴν φυλακὴν τῆς χώρας, ὅποι δέοι παρα-
 15 γενόμενος. καὶ ὁ μὲν στρατὸς καὶ οἱ ἵπποδρόμοι ἐπέδραμον
 τὴν χώραν, καὶ ὑποζύγια ληισάμενος καὶ χρόνον τινα συχρὸν P. 230
 διατρίψας ἐπήει πᾶσαν τὴν χώραν ἐμπιπρῶν καὶ διαφθείρων.
 ὡς δὲ ἱκανῶς εἶχεν αὐτῷ ἐς τὴν τῆς χώρας διαφθοράν, ὁ
 στρατὸς ἀπῆλυνεν, οὐδέν τι πλέον διαπραξάμενος. ὁ μὲν
 20 οὖν Σκηνδέρης οὗτος ἄκραν τὴν ἐς τὸν Ἴόνιον περὶ Ἐπί-
 δαμνον ἠκοδόμηι· χειρρόνησος δ' ἐστὶ, καὶ ἰσθμὸς βραχὺς
 ἀμφὶ τρεῖς στάδια. τοῦτον τειχίσας ἐσφίκιζεν ἐς τὴν χώραν

tum, citato agmine proficiens (reliquam regionem custodiebant Itali)
 et subdito .adveniens Italos omnes ad internecionem occidit. Scen-
 deres vero, ut qui abfuisset, mali nihil passus est. nec multo post
 Scenderes iste venit in Italiam ad Parthenopes regem Alphonsum.
 qui excepit eum honorifice et benigne tractavit, eumque ad Romanum
 pontificem misit, ut et ab ipso aliquid honoris consequeretur. post-
 ea cum ei opes dedisset maximas, eum ad principatum suum remisit.
 hic igitur reversus ad principatum suum expectabat regis exercitum
 hostiliter adeuntem. verum se in loco tenebat munitissimo. habens
 autem secum exercitum quem de sua regione conscripserat, iter per
 montes faciebat. uxores et liberos in loca munitissima adponens,
 ipse hinc inde cum exercitu vagabatur, ut defenderet regionem; sem-
 perque praesens erat, ubicunque eius opera desiderabatur. et qui-
 dem copiae pedestres et equestres in Scenderis regionem incursionem
 faciebat, praedas pecorum et aliarum rerum agere haud cessabant.
 et diu in ea morantes omnia corrumpabant, cum non cunctarentur
 aedificia et villas incendere. tandem cum satis evastata esset regio,
 exercitum abduxit, cum nihil sane memorabile designasset. Scende-
 res quidem arcem iuxta Epidamnium, quae spectat Ionium, exaedifica-
